
GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart
inches
centimeters
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 (A) 12 13 14 15
L* 39.12 65.43 49.87 44.26 55.56 70.82 63.51 39.92 52.24 97.06 92.02 87.34 82.14 72.06 62.15
a* 13.24 18.11 -4.34 -13.80 9.82 -33.43 34.26 11.81 48.55 -0.40 -0.90 -0.75 -1.06 -1.19 -1.07
b* 15.07 18.72 -22.29 22.85 -24.49 -0.35 59.60 -46.07 18.51 1.13 0.23 0.21 0.43 0.28 0.19
D50 Illuminant, 2 degree observer
Density
0.04 0.09 0.15 0.22 0.36 0.51
Golden Thread
16 (M) 17 18 (B) 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
L* 49.25 38.62 28.86 16.19 8.29 3.44 31.41 72.46 72.95 29.37 54.91 43.96 82.74 52.79 50.87
a* -0.16 -0.18 0.54 -0.05 -0.81 -0.23 20.98 -24.45 16.83 13.06 -38.91 52.00 3.45 50.88 -27.17
b* 0.01 -0.04 0.60 0.73 0.19 0.49 -19.43 55.93 68.80 -49.49 30.77 30.01 81.29 -12.72 -29.46
0.75 0.98 1.24 1.67 2.04 2.42
Colors by Munsell Color Services Lab
Don Williams

3r.d.



R 130
THE GIFT OF
LESSING J. ROSENWALD
TO THE LIBRARY OF CONGRESS

This copy agrees with that at Wolfenbüttel in every particular, except that the title has "omnis cantus gregoriani" instead of "cantus gregoriani".

see Fétis IV. 382.

[illegible]

Flores Musice omnis cãtus Gregoriani.

Tabula.

¶ Capitulum primum.

Laus diuina quo ad cantū añ incarnationē fuit A
Gregorius post incarnationem fecit cantica. B
Processu temporis quidā alemani scripserunt cantica in lineis eodem
Stulti autem cantores vsuales C
Diuidit opus istud in q̄tuor ꝑtes siue capitula. D
Musica sic diffinitur siue describitur E
Antiqui musici solum septē vocibus vtebant̄ A
Antiqui addiderunt septem ibidem
Moderni apposuerunt ut ⁊ b ⁊ b ⁊ alia B
Tres sunt ordines clauium C
Que voces in linea vel spacio locētur D
Vocum alie graues: alie acute ibidem
Affinales ibidem
Cantus qui potest ꝯpetēter decātari in grauib⁹ non debet poni in affinalibus E
De mutatione ⁊ eius regulis F
Triplate claues habent sex mutationes G
Gemine claues duas habent mutationes ibidem
Quedā mutationes sunt ascendendo tm̄ quedā descendendo tm̄ eodem
Tres species sunt cantus ibidem
Cantus bmollis asimilatur naturali ibidem
Vtrum bmollis cantus etiā inueniatur in bmi h
Sinomenus cantus ibidem
De gradualibus antiquis L

Tabula

¶ Capitulum secundum.

De monocordi ꝓmẽdatiõe ĩ primo metro ⁊ ĩ glo. A
Monocordũ est mgr ignorãs bñ informãs. ibidem
Monocordũ hz filias lyrã citharã cymbalũ B
Monocordũ quomõ dz formari in secundo li
versu secundo ⁊ glosa C
De diuisione quaterna ibidem
De prima diuisione nouenaria ibidem
De secunda mensura nouenaria D
Quaternaria diuisio E
Tertia ⁊ binaria diuisio F
Monocordi formatio ꝓm modernos G
In Esaut greca littera ãtiqui inceperit voces ibidẽ
Guido trina fecit elphabeta D
Exercitiũ monocordi ibidẽ ĩ fine remittẽs ad textũ
De proporcionibus in ari smetrica ibidem

¶ Capitulum tertium.

Nouem sunt modi cantandi A
Unisonus est B
Semitonium
Tonus ibidem
Dyatesseron ⁊ alij modi C ⁊ D
Dyapason E
Dytonus cum diapente F ⁊ G
Semiditonus cum dyapente ibidem
Terterni sunt modi hẽc cantilena ibidem

¶ Capitulum Quartum

Tonus quid est A ⁊ B

Tabula.

Quatuor toni a grecis habiti C
Differentia autentorum ⁊ Plagalium D
Finis tonorum E
ascensus ⁊ descensus autenti toni F
Ascensus ⁊ descensus plagalis G
Moderni videntur excedere rl̄as musice artis H
Toni fin iri possint in Are bmi cfaut I
Quibus clauibus adaptant̄ seculorum amen k
Melodia psalmorum M
Quot principia habet quilibet tonus N
Neuma primi toni in nota sup̄ primū q̄rite regnū d̄i.
Formula primi toni Q
Differentie primi toni R
Aliqui falsificant cantum circa finem S
Secundi toni neuma ⁊ alia T
Tertij toni neuma formula ⁊ differentie U
Quarti toni neuma formula ⁊ differentie X
Quinti toni neuma formula ⁊ differentie Y
Sexti toni neuma formula ⁊ differentie A ⁊ B
Septimi toni cursus neuma ⁊ differentie C ⁊ D
Octaui toni cursus formula ⁊ differentie E
Quilisma quid est ibidem
Versus ⁊ duplex gloria patri responsorioꝝ de octo tonis in generali G ⁊ H
Primus tonus versuum responsoriorum notatus per exempla ibidem
Versus introituum I
Numerus versuū ⁊ tēpus ꝯpilationis libri hui⁹ k
Nomen autoris ibidem in versu
Musica nō solū armoniā vocū sed etiā nūerum rigmarum ⁊ versuum mensuram respicit L

Prohemium.

Incipit prologus in flores Musice artis.

Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. Salomon cãticor. ij. Hec verba secũdũ historiã sunt verba salomonis ad amicã suam filiam pharaonis regis egipti Quãuis autẽ secũdũ allegoricã expositionem iesus xpũs saluator mũdi per salomonem (qui pacificus interpretatur) clare designatus: verbis prelibatis alloquitur omnem hominẽ benignũ ⁊ devotum a quo inuocari desiderat ⁊ laudari. Specialiter cũ eisdẽ verbis alloquitur omnes ⁊ singulos clericos qui ab ipso ad hoc specialiter sunt electi vt laudes eius pro se ⁊ sibi ꝓmissis attente resonent ⁊ decantent. Unde cuilibet ipsorũ petitione dicit. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Et qꝛ dulcedo vocis nõ solum procedit ex devotione cordis: verũetiã ex cognitione artis. Idcirco iste ars siue scientia que talẽ cognitionẽ specialiter docet ⁊ administrat a quolibet clerico studiosius est addiscenda Hec aũt scientia est musica que licet in pluribus voluminibus prosayce ⁊ dispendiose sit tradita ⁊ descripta Insubscripto tẽ libro qui flores musice artis intitulatur pro nouellis clericis quo ad ista que ipsis maxime sũt necessaria cõpẽdiose ⁊ faciliter est metrificata. ¶ In hoc autem libro autor duo facit. Primo ꝓmit

Prohemium.

tit prohemium. Scdo prosequitur suum intentum Secunda ps ibi (Musica subscriptis) In prohemio tria facit. Primo premittit titulum nomēq; libelli. ⁊ cū hoc artem illam siue scientiam de qua tractare intē dit. Secūdo eandem artem breuiter approbat ⁊ ꝯmē dat vt ex illa ꝯmendatione auditores beniuolos red/ dat ⁊ attentos. Tertio diuinum auxilium sine quo nihil boni pfici poterit inuocat ⁊ implorat. Prima ps in principio libri (Musica per flores). Scda ibi (Omnes per partes) Tertia ibi (Dia qui pascis)

Musica per flores subscriptos
Prestat odores Dulces ac mo
res aptos cōfert ⁊ honores Que bre
uibus scriptis tibi cōmēdatur in istis
Omnes per partes cunctas si disce
res artes Concordem cātum tradet
tibi musica tātum Per quem lauda/
ri deus almus vult ⁊ amari Ergo cle
riculi studiosi quiq; nouelli. Cantus
confusum varijs in partibus vsum
Sunt postponentes: artem verā re
tinentes Per quam saluator cantus

cõcordis amator Digne laudari sem
per queat ⁊ venerari. Omnia qui
pascis omnipotẽs precor assis Hanc
artez clare valeãqz metrificare Hic
vt clericulis possim ꝓdesse nouellis
In ista prima parte dicit autor: ꝙ scientia musice ar-
tis per subscriptos flores ⁊ per subscriptũ libruz siue
tractatum discentibꝫ ⁊ legentibꝫ dulcem ac suauem
offert odorem ad modum florum suauissime redolẽ-
tium. qui his qui seipsis propius applicauerint dulce
dinem ⁊ ꝯfortationez multiformem prestare solent
suo dulci odore. Et ob hoc iste liber flores musice artꝫ
est appellatus. Quia discẽtibꝫ non solum dulces pre
stat odores. verumetiam studiosis clericis aptos cõ-
fert mores ⁊ varios apud deum ⁊ homines honores.
¶ Omnes per partes) Sequitur nunc secũda pars
prohemij In qua autor materiaz huius operis appro
bat ⁊ ꝯmendat dicens ꝙ inter omnes scientias libera
les sola musica docet cõcordare cãtum qui dulcis est
in aure dñi. A Quãuis aũt apud hebreos cantꝰ
musicalis ⁊ instrumenta musicalia diuersa ad laudez
dei longe ante incarnationem dñi fuerint adinuenta
vt cythara: chorus: tympanũ: organũ: lira: psalterium
cymbalum: In quibꝫ omnibꝫ propheta dauid tam in
psalterio q̃z in. ij. libro reguz hortat̃ ⁊ iubet nos lauda
re deũ. Unde ait Laudate eũ in tympano ⁊ choro: lau

date eum in cordis ⁊ organo. Et iterꝝ In psalterio de cem cordarꝝ psallā tibi. Et iterꝝ. Laudate eum in cymbalis bñsonantibꝫ. B Tamen post incarnationez xp̄i pl'es doctores sancte ecclesie ⁊ specialiter beat⁹ ambrosius ⁊ sanctus gregorius papa cātum musicalem ad laudem dei ⁊ sanctoruz multiformē dictauerūt Magis tñ gregorius varium cantū musicalē quo tam latini q̄ alemani cū ceteris linguarꝝ diuersarꝝ natiōibꝫ vtunt̄ in diuino officio: in duo volumina librorꝝ vicz in antiphonariū ⁊ graduale collegit: dictauit ⁊ neumauit seu notauit. Processu tamē tp̄is quidā alemani ⁊ precipue canonici ordinis sancti bñdicti qui cātū musicalē nō solum ex arte verūetiā ex vsu ⁊ cōsuetudine perfecte ⁊ cordetenus didicerant ip̄m omissis clauibꝫ ⁊ lineis (que in neumis seu nota musicali requirūt̄) simpliciter in libris notare ceperunt. ⁊ sic decantare ⁊ deinde iuniores ⁊ suos discipulos sine arte ex frequēti vsu ⁊ ꝯsuetudine cantum informare. qui cātus sic ꝑ ꝯsuetudinē doctus ad diuersa ꝑuenerunt loca. Uñ iā nō musica: sed vsus est denominat⁹. In quo tamē cātu deinde discipuli a doctoribꝫ ⁊ doctores a discipulis multiformiter discrepare ceperunt. Et qua discrepantia ⁊ artis ignorātia vsus dictus est ꝯfusus. quo vsu ꝯfuso spreto. nunc fore om̄es alemani hactenus miserabiliter ⁊ mirabiliter per cantum vsus seducti ad veram artem musice reuertuntur. Temporibꝫ em̄ nr̄is sup̄ om̄es homines varijs artibꝫ intendentes cātores vsum addiscentes magis fatui iudicāt̄ qꝛ in oī arte pl'a sunt que nr̄o sensu cognoscimus q̄ ea que a mgr̄is discimus. ꝑlecto em̄ donato ⁊ psalterio omniū

aliarum orationum. vocabula de facili ex consimilibꝫ sillabis cognoscunt. Et rustici facto vno sulco agri subito scientiam agriculture agnoscunt. Item vinitores: sciētia vnius vitis (qūo terre inseri ⁊ postmodū ꝑ iuncū palo: seu bacculo alligari ⁊ putari debeat) cognita: subito illā artem ex cōsimilibꝫ didicerunt. ⁊ sic de oībꝫ alijs scientijs. ¶ Stulti aūt cātores vsuales ⁊ ipsoꝝ discipuli. Etiam si per centū ānos quottidie cantarent vnā tamē historiam vel vnum officium ꝑ se cantare nequeunt. tempus multum (in quo possent in pluribꝫ artibꝫ proficere) inutiliter expendētes. Unde etiam per cantum suum ex varia discrepātia frequenter deum ⁊ sanctos suos nō laudare. Sꝫ se inuicem in choris ⁊ in ecclesijs confundere solent. ⁊ vituperare. ⁊ per hoc deū ad iracūdiā prouocare Vanitate ergo vsus postposita cuncti cantores qui hactenus vsum didicerant ⁊ cātauerant per ꝯsilium autoris huius operis ad veram artem cātandi reuertāt̄ que ars est musica. In qua ex similibꝫ sil'a faciliter ⁊ concorditer cognoscuntur vt cantus ipsoꝝ concors fiat ⁊ accepꝰ deo. ¶ Oīa qui pascis ⁊c̄. In ista ꝑte ⁊ vltimate autor implorat diuinū auxiliū pro ope suo vtiliter ꝯplendo ⁊ hec pars satis lucide in textu declarat̄

Musica subscriptis fiat tibi cognita dictis In cordis cista si tu bene fixeris ista Istinc bis binas que seruāt ordine partes Per pri-

mã partem discas soluere per artem
Iũgit mẽsuras monocordis altera
puras Tertia datqz modos perfe
cte noscere cunctos In quorum for
mis cãtus cõtexitur omnis Quar
taqz cũctorũ dat formas nosse tono
rum Ut valeas clare psalmos ex ar
te tonare.

Premisso prohemio autor prosequit suum intentuz Et diuiditur hec ps in duas D In pria diuidit opus istud in quatuor ptes siue in quatuor capitula annectens cuiuslibet capituli materiã de qua tractat Scdo subiungit illa p ordinẽ. Scda ibi (Pollicis in capite) In prima pte dicit autor Si iã scripta dicta que in quattuor capitula distinguntur subtiliter ⁊ pfecte. tenaci ꝯmendamus memorie. musica fiet tibi nota. ¶ Tractat aũt primũ capitulũ de tribꝫ alphabetis que sinistre manui applicant cũ vocibꝫ musicalibꝫ que in soluatura requirunt ¶ Scdm tractat de monocordo ⁊ varia eius mẽsura ¶ Tertiũ tractat de nouẽ modis antiquis ⁊ de quibusdã modernis quibus oĩs cãtus ꝯtexit ¶ Quartũ vo tractat de octo tonis quibꝫ omnis cantus specialiter in fine dijudicatur.

¶ Circa hãc ptẽ nota quid sit musica Et vnde dicat

Prohemium.

Et quis sit eius effectus Et qui primũ fuerũt ipsius musice inuentores Et q̃t sunt species eius E

¶ Musica sic diffinit̃ Est liberalis sciẽtia perite cãtandi copiã administrãs Uel sic Musica est recte cãtandi scientia. Que (teste boetio) inter septẽ artes liberales obtinet principatũ ex eo ꝙ oñs alie artes in suis vocabulis vocũ intentionẽ ⁊ remissionẽ .i. tẽpus lõgũ ⁊ breue requirũt, circa que musica specialiter versatur

¶ Dicit̃ aũt musica a musis que ſm fabulas asserũt̃ fuisse filie iouis ⁊ memorie. Nisi em̃ ab hoĩe memoria teneat̃ soni pereũt: qꝛ scribi nõ pñt Uel d̃r musica a mois qd̃ est aqua ⁊ icos scientia quasi scientia aque. Ars em̃ musica d̃r iuxta fluentium aquarꝝm varios sonos fuisse adinuẽta. Uel qꝛ dulcius ⁊ sonorius instrumenta musicalia iuxta aquas: vbi impetuositas nõ ĩpediuerit sonare cernũt̃ Nec mirꝝ sunt em̃ vicinia elementa: aer ⁊ aqua que maxime ꝯcurrũt in hoĩe vociferante ¶ Effectus aũt musice est vt faciat nobis deũ placitũ quẽ (iuxta dictũ ꝓphete) laudare debem⁹ ꝑ dulces musice cãt⁹ ⁊ instrum̃ta musicalia diu̇sa Laus aũt dei ẽ honor dei, quicũq; aũt honorauerit d̃ũ honorabit̃ ab eo Sic̃ ipe ait in euã⁹. Quicũq; honorificauerit me honorificabit eũ pt̃ me⁹ qui ĩ celis est Et sic pꝫ euidẽter ꝙ musica placat nobis deũ Uerũetiã hortat̃ ⁊ ĩducit nos ad q̃slibet labores facili⁹ tolerãdas Singulorꝝ em̃ opũ fatigationẽ: vocis ⁊ sonorꝝ modulatio ⁊ dulcedo: ꝯsolat̃ ymo etiaꝫ demones fugat. Uñ legit̃ ꝑmo. regũ. xvi. ca. ꝙ qñcũq; spũs malign⁹ arripuit ⁊ torq̃bat saul regẽ. tollebat dauid citharã: ⁊ ꝑcuciebat manu sua: ⁊ reuocillabat̃ saul: ⁊ meli⁹ hẽbat recedebat em̃ ab eo spũs mal⁹ neq̃ẽs dulcedinẽ cithare audire.

Prohemium.

¶ Primus autē inuentor musice artis fuit Tubal ante tempus mosaice legis. ⁊ ante diluuium. Unde legit genesis. iiij. q̃ lamech (qui fuit de stirpe chaim) ⁊ septimus post adā: Duos habuit filios nomez vni Abel: qui fuit pater habitantium in tēntoriis atq̃ pastoriis Et nomē fratris eius Tubal qui fuit pater canētiū in citharaet organo: que sunt instrumenta musicalia. Iste tubal inuentor musice artis cognoscens q̃ adam primus homo (a quo ipse Tubal erat octau⁹ in geneloya) predixerat mundum peritur et deletur per aquā et ignem. Ne musica periret: scripsit ipsam in duas columnas: quarum vna fuit latericia. Altera marmorea. vt si marmorea per ignem periret latericia pmaneret. Uel si p aquā latericia piret marmorea pmaneret. ¶ Pro marimo enim thezauro habebat illā scientiam: que etiā post diluuiū (quo oēs hoīes preter noe ⁊ tres filios suos cū suis vxoribus deleti p iram dei fuerant) in tabula marmorea post egressionem noe de archa fuerat denuo adinuenta. Uñ de hoc scribit egregius doctor ⁊ metrificator dominus ⁊ magister Petrus in libro qui intitulat aurora. Duodecim versus.

Iste tubal cantu gaudens pater extitit horum.
Qui citharis psallunt organicisq̃ modis
Musica dulce canens fuit ars inuenta per illum
Ut pastoralis gaudeat inde labor
Et quia nouit adam primum diuisse parentem
Iudicium duplex seculis ignis aque
In geminis artem scripsit posuitq̃ columnis
Extitit hec laterum: marmoris illa fuit
Ut non hec per aquam pereat: non illa per ignem

Capitulum primum.

Si sit deficiens vna: sit vna manens
Ut nobis iosephi declarant scripta columnam
Marmoream tellus siria seruat adhuc,
Et qꝛ scribit̃ in ꝑncipio eccl̃astice hystorie: Oīs sapiē
tia a dño deo est ⁊ cū illo fuit sp̄ ⁊ est ante euū Ipse de
us qui ꝑ spm̄sanctū primo cordi tubal (de quo sup̄ di
ctū est) scientiā musice artis infudit qui etiaꝫ diuidit
singulis prout vult (vt ait appl̃us) Deinde eandē sci
entiā cordibꝫ etiam alioꝝ infudit. vñ scribitur ꝙ pita
goras ꝓphūs primus apud grecos musice artis reper
tor fuit. Translator aūt eiusdē artis in latinuꝫ boeti⁹:
genere ⁊ scientia clarissim⁹ ⁊ eiusdē artis ꝑm nūeorū
proportionē inuestigator profundissim⁹: Guido vero
monachus extitit. vocū indagator diligentissimus ⁊
ꝯmendator traditorq̄ certissimus. ¶ Diuiditur aūt
musica in tres species Alia em̄ vocat̃ armonica. Alia
rigmica Alia metrica. Armonica est que discernit in
ter sonos videlicet grauē ⁊ accutū ⁊ est idē armonica
⁊ discretio modulationis. Rigmica est que requirit
inquisitionem dictionū vtrū bene vel male cohereāt
dictiones. Metrica est que mensurā diuersoꝝ metro
rū oñdit probabili ratione. De prima aūt specie (que
primitus ꝑ pitagor āiuxta varios sonos malleoruꝫ fa
bricantiū ex varia intentione ⁊ remissione cordarum
fuit cōsiderata duabꝫ alijs obmissis) tractatur in hoc
opusculo Sūt ⁊ alie varie diuisiones musice que hic
cā breuitatꝫ sunt obmisse. Capi. I. de tribꝫ alphabetꝫ.

Pollicis in capite scribi vult ga
maut apte Quod grecam for

mam per scripturã capit istã ut.
Mox alphabeta cõnectis in ordine
trina. Vocibus adiũctis: quas dat
tibi musica cunctis Pro signo wcis
istic wcẽ wcitabis Hec alphabeta
sinistra manus sociabit Per quorum
wces cũctos cantus variabit. Pri-
ma duo finit g: ternũ cursitat ad d.

GAmaut ac are bmi pollex soci-
are Vult: in radice p9 cfaut ĩdi
cis eẽ Sz fert dsolre digit9 lõgissim9
inde Fert elami medius: capit ffaut
auricularis In cuius gremio gsolre
ut esse memento Inde suo more col
lo gerit hic alamire Et caput ornari
cupit eius per bfabmi Pilleus o me
dice tibi sit csolfaut apte Sz dlasolre
digit us fert lõgior inde Index hinc

iterat elami qd vertice portat Ffaut
in digito redit ⁊ gsolreut ipso Hinc
alamire gerit medius: medicus bfa-
bmi Et ccsolfa repetit. medius ddla
sol Singula prescripta man⁹ hic mõ
strat tibi picta ⁊c̃:

Premissa huius libri diuisione in capitula Nũc au-
tor ꝓsequit̃ ista ꝑ ordinẽ Et põt hec ꝑs diuidi in q̃tu-
or ꝑtes ꝑm nũeꝝ q̃tuor capituloꝝ Scd̃a ꝑs ibi (Mẽ
tio sed facta) Tertia ibi (Jñ modos) Quarta ibi (P⁹
predicta) Prima diuidit̃ in tres ꝑtes principales In
prima eñ ꝑte tractat autor de his que sunt principia
in musica quo ad soluaturã sicut sunt tria alphabeta
que ꝑ claues ⁊ voces ꝑ lineas quoq̃ ⁊ spacia sinistre
manui associãt̃. In secũda ꝑte subiungit soluaturã ꝑ
vocũ mutationẽ quo ad omnẽ cãtuz. In tertia parte
cantũ in diuersas distinguit species quedã incidentia
ãnectendo. Prima ꝑs in principio ibi vicz (Pollicis
in capite) Scd̃a ibi (Cloces mutare) Tertia pars ibi
(Discas hinc variũ) Adhuc prima ꝑs diuidit̃ in duas
ꝑtes In prima parte permittit primã vocẽ qua vtũt̃
musici cũ quadã claue greca In scd̃a parte subiungit
reliquas voces musicales iunctas clauib⁹ latinis. Se
cũda ꝑs ibi (Mox alpha.) In pr̃ia dicit. ꝙ Γ. g. grecũ
cũ hac voce ut. ꝑmo mãui sinistre ĩ capite pollic̃. i. in
sũma iũcta dz collocari qd̃ ẽt cuz greca forma vicz ista

Capitulum primum.

Nut debet scribi vbi depingit̃ manus quanuis ꝓpter metrũ sub alia forma scribat̃ in textu Preponit̃ autẽ hec vox vt. cũ greco g. vt a. que est lr̃a prima latina altrinsecus tonum infra se. vt hac voce re sibi asscripta habeat. ⁊ N grecũ ad latinuꝫ g dyapason introducat. vt lucidius infra patebit in scd̃o capitulo Et p̃terea ꝙ N grecũ preponit̃ ⁊ latine lr̃e subsequũt̃. dat̃ intelligi ꝙ musica pro maiori parte primum a grecis fuit adinuenta. a latinis vero ꝯsumata. ¶ Mox alphabeta ⁊c̃. In hac ꝑte autor subiungit claues latinas cũ musicalibꝫ vocibꝫ sibi iunctis. Et diuidit̃ hec pars in duas. In prima parte declarat tria alphabeta. que sunt claues in musica quo ad vocum suaꝝ associationem. In secunda parte declarat illa quo ad vocum suaruꝫ proprietatem. Secũda pars ibi (Hec alphabeta ⁊c̃) Adhuc prima pars diuiditur in tres partes. In prima parte declarat autor predicta tria alphabeta quo ad suum principium ⁊ finem. In secunda ꝑte in manus sinistre iũcturis ꝑ ordinem locat illa. In tertia ꝑte voces dictis alphabetis iunctas anunciat. Et q̃tiens in manu locentur assignat. ⁊ cum hoc ꝓprietatem iuncturarum sinistre manus quo ad lineas ⁊ spacia ⁊ quo ad numeꝝ linearum ⁊ spaciorum dilucidat. Secũda ꝑs ibi (Nut ac are Bmi) Tertia ꝑs ibi (His visis voces) Hec tertia ꝑs posset diuidi ĩ pl̃es ꝑtes ꝑm hoc ꝙ pl̃a declarãt̃ in illa. Hec est sn̄ia in gn̄ali. Ad cognitionẽ text⁹ nota ꝙ vbicũqꝫ ponit̃ in h̃ libro hec dictõ vox nõ pro vera voce sꝫ pro signo vocis ponit̃. Nõ em̄ vt re mi fa sol la sunt vere voces: sꝫ signa vocũ Reliq̃ oĩa sufficienter patent vsqꝫ ad illũ locũ His visis ⁊c̃.


Ela
eelami
ffaut
ggsolreut
Cfaut
d lasolre
ddlasol
aalami re
dsolre
csol faut
ccsolfa
molle
dicitum
bbfa♮mi
Elami
bfa ♮mi
alami re
gsolreut
ffaut
Fut
Are
Bmi
Sex vocum arsis ⁊ thesis
c f g
In natura bmollis qz bdura
a d e
Disce manū tm̄ si vis bn̄ discere cantū
Absqz mãu frustra disces ꝑ pl'ima lustra

Capitulum primum.

Hisvisis voces quasdat tibi musica noscas Juncturas vocum post hoc ex ordine poscas. Ut re mi fa sol la voces musica cantat Ordine sinistra septeno quas manus optat. Ut per prescripta poteris cognoscere dicta. Post hec cognosce: quid linea: quid spaciumve. Impar iunctura sit queuis linea dicta. Vult numeroqz pari spacium iunctura notari Linea bis quina nonies spacio sociat̃. Quãdo tota manus per iũcturas pagat̃:

In ista parte autor voces dictis alphabetis iunctas annumerat. ⁊ quotiens in manu locent̃ assignat ⁊ cũ hoc ꝓprietatẽ iũcturaꝝ sinistre manus quo ad lineas ⁊ spacia. ⁊ quo ad numeꝝ lineaꝝ ⁊ spacioꝝ dilucidat. Et dicit si ea que prius dicta suut ⁊ in textu conscripta diligenter ⁊ subtiliter considerata cognoscere possumus. ꝙ musica tm̃ sex vocibus cantat videlz has vt re mi fa sol la. Istas em̃ reperimus sup̱ omnibus clauibus per ordinẽ sinistre manui socũiatis ictas ab eo

loco Nut vicz vsqz ad illū locū ddlasol ⁊ nō plēs. Ee dē aūt voces siue signa vocū septies replicātur in māu ⁊ ex hoc septē vsurpāt sibi dispositōes. quaꝝ prīa incipit in Nut ⁊ finit in E capitali. ⁊ hz suū fa in C capitali. Scda dispositio incipit in C capitali ⁊ finit in a minuta. ⁊ hz suū fa in F cap. Tertia dispō incipit in F capi. ⁊ finit in d minuta. hz suū fa in b molli. Quarta dispō incipit in G cap. ⁊ hz finē in e minuta. hzqz suū fa in c mīuta. Quinta incipit in c minuta ⁊ finit in aa geminata et hz suū fa in f mīuta. Sexta dispō incipit in f minuta ⁊ finit in dd ge mīata. ⁊ hz suū fa in bb rotunda seu b molli. Septīa incipit in g minuta ⁊ finit in dd geminata ⁊ hz suū fa in cc geminata. Cui dispōi deest vna vox scz la. qꝛ in vltimo cantu b durali eadez vox nō est necessaria. Licet quidā addāt Ela exteri⁹ in manu post dd lasol. Que aūt lr̄a vocetur capitalis vel minuta vel duplicata postea plenius patebit. Poterit etiā in textu seu in manu ꝑ figuras lr̄aꝝ triū alphabetorum sufficiēter apparere (Post hec cognosce) Hic oñt quid sit linea. ⁊ quid vocet spaciū. et quot sint linee in manu. et quot spacia. que patēt lucide in textu

Hinc alphata poteris quoqz cognoscere trina. Que sunt prescripta discēdo sequentia dicta Sillaba sit prīa clauis reserat qꝛ cātū Sūt voces relique qꝛ curuuntur resonare

¶ Capitulum primum.

Grossas dat primũ claues: modicas-
qz secundũ Quatuor ac claues ternũ
seruat geminatas.

Primi scito graues alphabeti
fore voces Ex quibus extre-
mas dic quatuor associatas Esse gra
ues: quia voce graui resonare vidẽ
tur Dic quia finales cãtum finire iu
bentur Vox grauiũ prima sit sillaba
gamaut yma Alterius voces cũctas
fore dicis accutas Dat ternum super
accutas cũctas tibi voces Clauibus
in grauibus sz si quit currere cãtus
Nõ affinales dz percurrere claues.

In ista parte declarat autor tria alphabeta prescripta
quo ad claues suas ⁊ quo ad vocum sibi iunctaꝝ ꝓpri
etates Et ſm hoc ista ps potest diuidi in duas. In pri
ma pte autor drãm clauium assignat In secũda pte
autor subiungit drãm vocum suaꝝ Secunda ps ibi
(Primi scito graues) Ad pleniorem cognitionẽ tam

eorum que dicta sunt q̃ etiam eorum que sunt dicẽ
da. A Sciendum est q̃ antiqui musici primitus
septem tantum cordis seu vocib̃ in monocordo ⁊ in
sua musica vtebantur quas primis septez lĩis alpha
beti figurauerunt Deinde (vt dicit magister Guido)
assumpserũt quatuordecim voces siue notas Quaꝝ
dispositio talis fuit In musica ⁊ in monocordo circa
principium septem notas alphabeti posuerũt hoc mõ
capitalibus lĩis signatas A B C D E F G Post
quas easdem repetebant lĩas sed minori forma quas
septem minutas lĩas appellamus hoc modo scilicet
~~a b c d e f g~~ que lĩe cum pre omnibus sunt eadem
grauitate tamẽ ⁊ accumine differentes sicut se habet
vox virilis ad puerilem: ⁊ sic demum tantum quatu
ordecim notas habuerunt per septenarium institu
tas. Unde dicit mgr Johãnes musice artis egregi
us doctor Sicut omne tempus per septẽ currit di
es Dum videlicet septem dies transeunt ⁊ itez repe
tuntur Sic musica per septem tantummõ varieta
tes notaꝝ graditur. Unde notandum q̃ eadem lĩe re
petuntur. Sed non omnino eadez quia sunt in figu
ra dispares ⁊ in situ: vt infra dicetur. Et sic visum est
mgro Guidoni antiq̃s tm̃ quatuordecim notas ha
buisse Nut em̃ grecum non dũ appositum fuit neq̃
b qd̃ molle vel rotundũ dicimus. ymmo ãtiqui vnaz
cordam addẽtes primis septem alphabeti lĩis in sua
musica ⁊ monocordo tantum octo notas habuerunt
In quibus poterant suum perficere cantum B
Moderni autem circa hanc artem subtilius inuesti
gantes erant. videbant namq̃ antiquorum notas ad

melodiam non posse sufficere sed sepe cantum ꝓpter paucitatē notaꝝ deficere ⁊ cantus vsitatos habebant quoꝝ cursum in descensione ꝯplere nō poterant: Ut patet in antiphona O rex glorie Ideo gama grecum .i. Fut. primo loco posuerit alioquin cātus iste ⁊ plures alij non haberent cursum quo debite descenderēt Preterea b rotūdū qđ sepe ad cantū ꝑficiendum videbant necessariū addiderunt ⁊ inter a minutuꝫ ⁊ sic sequens quadratū b locauere. Talem differentiā inter b ⁊ b assignantes ut aliud diceret bmolle vel rotundum. Aliud bduꝝ vel quadratum ⁊ sic in musica ⁊ monocordo sedecim notas disposuerunt. Deinde (vt scribit Guido prefatus ne in musica ullꝰ haberetur defectus) vltimas quatuor claues seu lr̄as cū suis vocibꝫ addidit: sed diuersis figuris quas quidā sup̄fluas dicebant Ipse vero maluit notas habundare quā deficere quibus etiam b rotundū interposuit vt si opus foret: haberet in vltīs sicut in medijs. Ultīo vero moderniores tamen ante tempus sancti gregorij monocordis bmolle bmi inter A capitale ⁊ C capitale addiderunt. vt infra plenius patebit: ⁊ sic in musica nunc vtimur viginti duabus clauibꝫ quaꝝ vigintiuna sufficienter patent ⁊ ponunt in versibus scriptꝫ (Gamaut ⁊c̄.) Ultima vero apte repitur in monocordo. vt infra patebit. ¶ His cognitis scire debemꝰ ꝙ lr̄e q̄ pro clauibꝫ in musica sunt assumpte tres sibi vsurpant ordines primus ordo dicitur capitaliū lr̄aꝝ qui incipit in Fut ⁊ finit in a minuta. Secūdus minutarum qui incipit in a minuta siue in alamire ⁊ fi

nitur in aa geminata ex clusiue. Tertius gemina-
tarum qui incipit in aa geminata ⁊ finitur in dd ge-
minata inclusiue. Primus autem modus differt a
secūdo duobus modis in figura scz ⁊ in situ loci. In
figura quidem: quia littere primi ordinis sunt capita
les. Littere vero secūdi ordinis sunt minute. In situ
loci differunt quia littera primi ordinis que est in li-
nea in secundo ordine est in spacio ⁊ econuerso: verbi
gratia A capitalis littera est in spacio a vero minuta
est in linea B capitalis in linea b minuta in spacio ⁊
sic de alijs per ordinem. Secundus ordo differt a ter
tio duobus modis in figura quia simplices habet lit
teras tertius vero geminatas. In situ loci quia litte
re secundi ordinis qui est in linea eadem in tertio or-
dine est in spacio ⁊ ecōuerso: verbi gratia a minuta est
in linea aa geminata est in spacio. b minuta in spacio
bb vero geminata in linea ⁊ sic de reliquis. Tertius
ordo conuenit cum primo in situ loci discrepat autez
in figura. D His omnibus diligenter conside-
ratis poteris cognoscere ꝙ omnis vox seu clauis que
in manu situatur in numero impari censetur stare
in linea Que vero in numero pari iunctruaꝝ poni-
tur censetur stare in spacio. ¶ (Sillaba sit prima)
Vult autor sic dicere ꝙ prime sillabe trium alphabe-
torum que in versibus precedentibus ponunt claues
vocantur ideo quia reserant cantum videlicet vtruz
sit b durus. naturalis vel b mollis. Unde sicut clauis
que aperit seram: voluit hinc inde ⁊ reuoluit vec-
tem vel repagulum. antequam quicquam reseret.

Capitulum primum.

Sic etiam omnis cantus voluitur ⁊ reuoluitur per predictas claues anteq̄ sciatur: vel discatur Relique vero sillabe clauibus iūcte dicuntur voces. i. signa vocum qꝛ resonare videntur (Primi scito graues ⁊c̄.) quia inter voces trium alphabetoꝝ musice artis. alie dicunt̄ graues. alie accute. alie supaccute. Idcirco autoꝛ hic subinfert vocū distintionem Dicens ꝙ voces primi alphabeti dicunt̄ graues Ideo qꝛ grauiter ⁊ remisse sonant Inter quas tñ voces prime quatuoꝛ illud specialiter retinent nomē Relique vero quatuoꝛ videlicet dsolre elami ffaut ⁊ gsolreut. non solum dicuntur graues sed etiam finales qꝛ fore omnis cant⁹ finit̄ in ipsis Voces aūt scd̄i alphabeti qd̄ scribit̄ per minutas lrās dicuntur accute qꝛ accutius sonant q̄ priores Voces vero tertij alphabeti dicunt̄ supaccute. Quidā tamē vocāt voces scd̄i alphabeti affinales. Item quidā vocant primas tres voces eiusdē scd̄i alphabeti accutas Reliquas vo supaccutas Et voces tertij alphabeti vocāt etiam excellentes E (Clauib⁹ in grauib⁹ ⁊ c̄.) Hic ānectit autoꝛ q̄ddā notabile Dicens ꝙ oīs cantus qui poterit apte ⁊ ꝯpetent̄ neumari seu notari: ⁊ insup cantari in grauib⁹ clauib⁹ seu vocib⁹ In affinalib⁹ clauibus siue etiam in accutis seu excellentibus siue superaccutis nō debebat cantari seu notari. Sicut enim in loyca pro quadam maxima habetur ꝙ omne totum est maius sua parte Et quicquid predicat̄ de genere predicat̄ etiam de specie Sic etiam in musica precedens notabile: habet̄ pro q̄dā rl̄a gñali eo ꝙ affinales seu etiā accute siue supaccute claues seu voces. tm̄ adinuēte sunt ꝓpter tales cātus qui in grauib⁹ apte nō poterāt decantari.

Voces mõstrare discas hinc ⁊ variare Per soluaturã: que multã fert tibi curã. Quãdo mutabis vocẽ pro voce locabis Sicqz dabit voces sẽper mutatio plures Si mutare cupis normas has mente tenebis Nunquam mutabis nisi sit mutare necesse Si varias cupias tibi normas artis adesse Vocẽ si clauis habet vnã non variabis Gamaut ac are bmiqz nequis variare Quius sunt gemine poteris bis eã variare Sed non mutatur bfabmi nec variatur Eius ⁊ octaua: ne sit mutatio praua Naz fa mi clare nunquã poteris variare Clauibus in quinis sic voces non variabis Vel dic septenis si mauis: nam bfabmi Binas per duo

bb claues annectis vtriqz.

F ¶ Sequit secūda ps principalis h' capituli In q̄ autor declarat vocū trib' alphabetis prescriptis iūctarū mutationē Et diuidit hec ps in duas In pria parte autor oñdit quid sit mutatio In scda pte varias regulas de mutatiōe vocū subinfert Scda ps ibi (Si mutare cupis) In prima pte dicit autor q̄ mutatio que requiritur in soluatura sic diffinit Mutatio est vnius vocis pro altera vicaria prestatio (¶ Si mutare cupis ꝛc. Hic subiūgit autor tres regulas de mutatiōe Et pōt hec ps in pl'es partes diuidi s'm qd autor ponit pl'es regulas de mutatione Prima rl'a talis est q̄ nūq̄ dz fieri mutatio nisi in eo loco vbi necessitas ascendēdi vel descendēdi ad hoc ꝯpellit Et hoc ideo ne fiat p plura qd pōt fieri p pautiora qd etiam in omni arte viciosum est. ¶ Hic nota qd quotienscūq̄ mutatur aliqua vox totiens talis vox in omni loco mutationis dz relinqui vt eadē vox ibidem inueniat post reuersionē que ibidē fuit derelicta Itē si aliquis s'm eūdem modū mutari nō pōt de vna voce in aliam sine mutationib' saltus fiat vt si ꝯtingat nos saltum facere ab elami in bfabmi ꝛ ecōuerso Et sic de quibusdaz clauib' alijs vt infra plenius patebit G (Voces si clauis ꝛc.) Hic subiūgit autor regulas mutationuz speciales Et primo de clauib' que habent vnam vocē Secundo de his que habent duas voces Tertio de his que habent tres voces Quarto subinfert quandam regulā generalem: ptes patebunt infra p ordinē De clauibus vnam vocē habentib' breuis est regula

tres

videlicet ista ꝙ nullā hñt mutationē. In his em̄ cla
uibꝫ nō est altera vox ergo nec mutatio. ¶ (Cuius sūt
gemine) Dicit autor ꝙ illa clauis que duas habet vo
ces: duas etiā habet mutationes Et vt has mutatio
nes pleni⁹ cognoscas scire debes ꝙ hic est ordo in voci
bus vt re mi fa sol la. In clauibꝫ ergo habentibꝫ du
as voces ꝑ ascensum mutat̄ vox posterior in priorē. ꝑ
descensum vero vox prior in posteriorē. Ab ista regla
excipit̄ ccsolfa ⁊ ddlasol In quibꝫ ambe mutationes
fiunt deorsum tm̄ Nota etiā ꝙ licet bfabmi ⁊ sua
octaua videlicet bbfabmi duas habeāt voces nullam
tn̄ habent mutationē In ipsis em̄ sp̄ fa cātat̄ ꝑ cantū
bmollem ⁊ mi ꝑ cantū bdur̄ Et in eisdem cātibꝫ sem
per ante vel post fiūt mutationes sique necessarie sūt
Fa em̄ par̄ eleuabit̄ ⁊ mi par̄ deprimit̄ que debitā ad
seinficem impediunt mutationē. Itez in bfabmi nō
fit mutatio: qꝛ habet duas claues quar̄ vtraqꝫ scꝫ bfa
⁊ bmi vnā tm̄ hꝫ vocem Mutatio aūt ad minus sp̄
requirit duas voces. Ex his colligit̄ ꝙ in septem cla
uibꝫ scꝫ Nut are bmi ⁊ in vtroqꝫ bfabmi cū duas ha
beant claues nō fiunt mutationes In octo ꝟo claui
bus duas voces habentibꝫ in singulis earuꝫ due fiūt
mutationes que octo claues sunt Cfaut dsolre elami
⁊ sua octaua ffaut ⁊ sua octoua ccsolfa ⁊ ddlasol Et sic
breuiter habes quindecim claues expeditas

Clauis triplata vicibus fit sex
variata Ex his vt variū vale

as cognoscere cantum Clauibus in cũctis quarũ voces variabis Vicissim sursum mutas vocesqz deorsum Exceptis vt re:mi re: fa sol:quoqz la sol Ut re cũ mi re gsolreut ac alamire Vicissim sursum mutãt raroqz deorsum Infra mutato fa sol:sol la sociato Clauibus in cunctis quib⁹ has voces sociabis

Hic subiungit autor regulã de clauib⁹ tres voces habẽtib⁹ dicẽs ꝙ quelibz ipsaꝝ sex hz mutatiões Prima aũt istaꝝ clauium est gsolreut qđ hz tres voces scz sol re ⁊ ut Et sex mutationes Primo sol mutatur in ut ascendendo de cantu naturali in bduꝝ ⁊ ut in sol descẽdendo econuerso Secũdo mõ sol mutat̃ in re ascendendo de cantu naturali in bmollem ⁊ ecõuerso re in sol descendendo de bmolli in naturalẽ Tertio modo re mutatur in ut ascẽdendo de cãtu bmolli in bduꝝ ⁊ ut in re ecõuerso que mutatio similiter fit ascendẽdo ⁊ raro vel nunq̃z descendendo Alamire silr̃ habet tres voces scz la mi ⁊ re ⁊ sex mutationes Primo mõ mutat̃ la in re ascẽdendo de cantu naturali in bduꝝ ⁊ re in la ecõuerso descẽdẽdo Scđo mõ mutat̃ la in mi

ascendendo de cantu naturali in bmollem ⁊ mi in la ecōuerso descēdendo Tertio mutat̄ mi in re de cantu bmolli in bduꝝ ⁊ re in mi ecōuerso ⁊ hee ambe mutationes fiunt ascendendo Csolfaut etiā hz tres voces scz sol fa ⁊ ut: ⁊ sex mutationes Primo mō sol mutat̄ in ut ascendendo de cantu bmolli in bduꝝ ⁊ ecōuerso ut in sol descendēdo Scdo mō sol mutat̄ in fa de cantu bmolli in bduꝝ ⁊ fa in sol ecōuerso ⁊ hee ābe mutationes fiūt descendēdo Tertio mō mutat̄ fa in ut ascēdendo de cātu bduro in naturalez ⁊ vt in fa ecōuerso descēdendo D dlasolre sil̄i mō tres hz voces scz la sol ⁊ re ⁊ sex mutationes Primo mō mutat̄ la in re ascendendo de cātu bmolli in naturalē ⁊ re in la econuerso descendendo Scdo mō mutat̄ la in sol de cantu bmolli in bdurum ⁊ econuerso sol in la de bduro in bmollē ⁊ hee ābe mutationes fiūt tm̄ descēdēdo Tertio mō mutat̄ sol in re ascendendo de cantu bduro in naturalē ⁊ re in sol ecōuerso descendendo de naturali in bduꝝ Gsolreut in linea ⁊ aalamire in spacio easdez habent mutationes quas inferius eoꝝ octaue Sicut etiā elami in linea ⁊ ffaut in spacio ꝯcordāt cū suis octauis Cc solfa duas habet voces scilicet sol ⁊ fa ⁊ duas mutatiōes: sol mutatur in fa de cātu bmolli in bduꝝ ⁊ fa in sol ecōuerso que ābe mutatōes fiūt tm̄ descendendo C ddlasol sil̄r duas hz voces scz la ⁊ sol: ⁊ duas mutatiōes. la mutat̄ ī sol d̄ cātu bmolli in bdurum ⁊ sol in la econuerso ⁊ hee ambe mutationes fiunt descendendo tantum.

Discas hinc variuz per claues

noscere cãtũ Nã clauis sepe tibi dat
cantum variare In trinas speci-
es cantum distinguere debes Bdu-
rus primus naturalisq; secundus
Tertius hinc cantus bmollis erit vo
citatus Bdurum cantum g clauis
dat tibi tantum C naturalis cãtus fi
at tibi clauis Cãt⁹ bmollis f semper
sit tibi clauis Bmollis claui cãtus
dat fa bfabmi In qua bdur⁹ mi sem
per dat tibi cãtus B dat quadratum
bdurũ bquoq; rotũdus Bmollez cã
tũ debet tibi psallere tãtũ Bduruz
triplo reliquos cãt⁹ geminabo Do-
tria g duo c bis f his cãtibus apte B
mollẽ dulce bduruz succine dure Ut
naturalẽ bmollẽ succine talem.

Sequitur tertia ps principalis huius capituli in q

autor tractat de varijs speciebus cãtus. Et diuiditur hec ps in quatuor ptes In prima pte oñdit autor ꝙ cãtus variat̃ p varias claues ⁊ cũ hoc cãtum distinguit in tres species In secũda pte declarat illas species p ordinẽ In tertia pte easdẽ species subdiuidit quãdã drãm subiungendo In quarta pte ãnectit quedã incidẽtia p que rsidet tacitis questionibꝫ Secũda ps ibi (bdur cãtũ) Tertia ps ibi (bdur triplo) Quarta ps ibi (Doctores cãtum) Circa primã ptẽ nota ꝙ antiquissimi musici qui tm̃ sex vocibꝫ seu cordis vel saltẽ octo vocibꝫ ĩ monocordo ⁊ in musica sua vtebant̃ nullis mutationibꝫ vtebant̃ ⁊ omnẽ cantum suũ naturalẽ vocabant Deinde post mltũ temporis spaciũ docentes ⁊ discentes musicã plẽs notas ⁊ voces adinuenerunt ⁊ easdem p ascensum ⁊ descensum diuerso cãtui addiderunt Unde etiam bmolle musice ꝓpter dulcedinẽ ⁊ molliciẽ cãtus addiderunt drãm assignãtes inter b ⁊ b vt vnũ diceret̃ bmolle Aliud bdurum eo ꝙ duriorem sonoritatem inducit Et sic cantum in tres species distinxerunt plures differentias dispendiose assignantes inter easdem species Quarum specierum nomina claues ⁊ discensiones sufficiẽter patent in textu ¶ (Ut naturalem ⁊c.) Dicit autor ꝙ cãtus bmollis concordat frequẽter cum naturali qd̃ ex hoc cognoscere poteris quia plures cantus quinti toni qui incipiũt in ffaut per cãtum bmollem ⁊ ibidem etiam finiuntur eodem modo per cantum naturalez Incipi possunt incsolfaut ⁊ ibidẽ finiri vt patere poterit infra in alleluia Agno nos xp̃o. de beata agneta ⁊ in quampluribus alijs cantibus consimilibus

Capitulum primum

Octores cantũ plures addũt
sinomenũ Qui sic est dictus si
nomenus id est superauct⁹ Sicut b⁄
mollez cãtum prestat bfab mi Dicen
tes posse talem quoqz tradere bmi
Musica si woces mi fa sol la sociasset
Quatuor ad claues:r in his prior a
re fuisset Voces ad claues manui sz
quas manus aptat Has instrumen
tis manufactis sepe coaptat Orgãa
recta:lira:qs mõstrant ac monocor
da Per que quit bmi cãtus bmollis
adeẽ Quod puto prodesse fieri quo
qz sepe necesse Si cupimus cantum
bene psallere gregorianum Anti⁄
qui libri sicut mõstrant reperiri Ut
patet in sole graduali consimiliqz.

De alphabetis.

Cantum quē veteres cupiunt finire
dsolre Hunc quāuis iuuenes finire
velint alamire Bmollis talis scio
qd nequit ffore clauis Talē sed cātū
bmi dat per b rotundū Qd bene for
mata mōstrare queunt monocorda
Nec tamē vt wcē poterūt hec iunge
re primā Qd neqz prodesse poterit
quicquā vel obesse Hic cantus clare
qr tamē transit ad are Sepius r bmi
tantū cupit associari Quē finire to-
nus vult per dsolre scdus Si velud
antiqui cupis hunc cantare magistri
Quē nunc finire iuuenes gliscūt ala
mire Artē discamus vluz quāuis te
neamus Dupliciter scriptum cantū
discamus r istū Sic totāqz manū ma
ge noscimus r monocordum.

Capitulum primum.

k Hic autor ponit q̃ddã incidẽs ꝑ qd̃ rñdet tacite questioni posset em̃ aliquis dicere cũ cãtus bmollis a gsolreut in spacio vsq̃ ad gsolreut in linea inueniatur ⁊ interseratur inter gsolreut ⁊ csolfaut in secũdo alphabeto ⁊ etiã supius in tertio alphabeto inter gsolreut in linea ⁊ inter ccsolfa in spacio. vtrum ne etiã infimus inter gamaut ⁊ cfaut in primo alphabeto eodẽ mõ cantus bmollis possit haberi ⁊ decãtari Rñdet autor ⁊ dicit ꝙ bene possit ⁊ debeat fieri licet em̃ doctores musice artis infra in mann voces aptas cãtui bmolli clauibus nõ attribuũt vt possim⁹ descendere a dsolre vsq̃ ad gamaut ꝑ has voces la sol fa mi re ⁊ eodẽ mõ ascendere ꝑ soluaturã ꝑ easdẽ scz re mi sol la. Sicut ꝑ habundãtiam vocũ possumus facere a gsolreut vsq̃ ad csolfaut ⁊ etiã a gsolreut in linea vsq̃ ad ccsolfa Tamen id apte põt fieri in instrumẽtis manufactis Seu artificialibus: vt in monocordo Organis Lira ⁊ ceteris instrumentis. Et hoc sentit beatus gregori⁹ ⁊ omnes antiqui scriptores musice qui notãdo respõsorium graduale (In sole posuit) cum consimilibus gradualibus in are per cantum bmollem incipiebãt ⁊ in dlasolre cum sint secundi toni apte per notam finalem finiebãt quod nullatenus poterit fieri nisi ꝑ cantum bmollem vt a Cfaut ad Bmi tonus ⁊ non semitonium decantetur Quod optime fit per instrum̃ta musicalia quia cum in speciebus dyapason eedem voces esse dicãtur vt plenius infra patebit Ideo ne mirum si cantus sinomenus id est vltimo adiũctus ⁊ inuentus qui vocatur alio nomine bmollis supra

